



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 Vtrum secu[n]du[m] conditionem personæ in qua[m] peccatur:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

intentione furis cade
ret nocentem. si no
ob propria utilitate,
sed solum ut noceret
tertiis in bonis hmoi su
reut. nunc enim un
dus nocentem ple
num est furum, non
sic aut est de hoc for
nicario: qm obiectu
eius unde habet spe
ciem, & substantiali
grauitate, est mulier
no sua, trahenda ad
uoluntarium coitum
extra matrimonium,
hinc ubi patet non inedi
tam ad homine que
rent delectationem,
quam ad peccate qua
rente eandem in non
sua nocentem. Veru
rius moralis. Spiri
talis tamen est, q si
incederet ideo mulie
rem ad fornicatione
puocare, ut peccaret
mortaliter, quod gra
uius peccaret, qua ho
micida: quia obiectu
talis est ipsum no
cumentum mortis spiri
tualis illius. nec hoc
esset peccatu fornic
ationis, sed esset pctm
odij, vel scandali acti
ui directe oppositum
charitati, qua amam
uitam spirituales p
ximi, & procuramus
illam: & iste esset sic
cut qui fornicatur, ut
occidat.

Ad secundum uero
dicit, q nocentem
spiritualis mortis in
procurate fornic
atione est ipsum, non
minus q nocentem
seminum in casu po
sitis, & concedo q no
minus aggrauat, q il
lud: sed sicut illud no
pertinet ad speciem
peccati, nec mutat il
lam, quia est praeter
intentionem: ita nec
hoc, & conceditur ni
hilominus, q nocu
mentum spiritualis
mortis in hoc casu p
se consequitur ad actu
peccati non minus, q
scandalum ad fornic
ationem publice: ac p
hoc quod directe ag
grauat tale peccatu,
non tunc dat, aut mutat
speciem nec hic, nec
ibi quia est praeter in
tentionem, sed est ef
fectus per se consti
tuens utrobique. Ad
ultimam instantiam
dicit, q ibi allata om
nia sunt bene dicta,
& ut iam patet, conce
dendum est, q pecca
tum procurantis est
grauius directe ex il
lato nocentem, q si
fornicatus fuisset abs
que inductione illius,
nec hinc oppositum

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut etiam supradictum est, * cum de bonitate & malitia exteriorum actuum ageretur, euentus sequens si sit prauius & intetus, addit ad bonitatem, uel malitiam actus.

AD SECUNDVM dicendum, quod quamuis nocentem aggrauet pctm, non tamen sequitur quod ex solo nocentem pctm aggrauetur: quinimo pctm per se est grauius pp inordinationem, ut supradictum est. * unde & ipsum nocentem aggrauat peccatu, in quantum facit actum esse magis inordinatum: unde non sequitur, quod si nocentem maxime habeat locum in peccatis, q sunt contra proximum, quod illa peccata sunt grauissima: quia multo maior inordinatio inuenitur in peccatis q sunt contra Deum, & in quibusdam eorum, q sunt contra ipsum. Et tamen potest dici, quod est Deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam: potest tamen nocentem attendere in his quae Dei sunt, sicut extirpando fidem, uiolando sacra, quae sunt peccata grauissima. Sibi etiam aliquis quandoque sciens, & uiolenter infert nocentem: sicut patet in his qui se interficiunt, licet finaliter hoc referant ad aliquod bonum apparens, pura, ad hoc quod liberentur ab aliqua angustia.

AD TERTIVM dicendum, quod illa ratio non sequitur pp duo. Primo quidem, quia homicida intendit directe nocentem proximi: fornicator autem qui prouocat mulierem, non intendit nocentem, sed delectationem. Secundo, quia homicida est per se, & sufficiens causa corporalis mortis: spiritualis autem mortis nullus potest esse alteri causa p se & sufficiens: quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria uoluntate peccando.

ARTICVLVS IX.

Utrum peccatum aggrauetur ratione personae, in quam peccatur.

AD NONVM sic proceditur. **A**Utem quod propter conditionem personae, in qua peccatur, pctm non aggrauetur. Si enim hoc esset, maxime aggrauaretur ex hoc, quod aliquis peccat in aliquo iuramento & sanctu: sed ex hoc non aggrauatur peccatu, minus. n. laeditur ex iniuria illata uirtuosus qui aequanimiter tolerat, q alij qui etiam interius scandalizati laeduntur, ergo condi

A tio personae, in quam peccat non aggrauat peccatum.

¶ 2. Prater. Si conditio personae aggrauaret peccatum, maxime aggrauaretur ex propinquitate, quae sicut Tullius dicit in Paradoxis, * In seruo necando semel peccatur, in patris uita uiolanda multa peccantur, sed propinquitas personae, in quam peccatur, non uidetur aggrauare peccatu, quia unusquisque sibi ipsi maxime est propinquus, & tamen minus peccat, qui aliquod damnu sibi infert, quam si inferret alteri, pura, si occideret equum suu, quam si occideret equum alterius, ut patet per Philosophum in 5. Ethic. * ergo propinquitas personae non aggrauat peccatu.

¶ 3. Prater. Conditio personae peccantis praecipue aggrauat peccatum ratione dignitatis, uel scientiae, secundum illud Sap. 6. Potentes poterunt tormenta pati. Et Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini, & non faciens, plagis uapulabit multis. ergo pari ratione ex parte personae in quam peccatur, magis aggrauaret peccatum dignitas, aut scientia personae in qua peccatur: sed non uidetur grauius peccare, quod facit iniuriam personae ditiori, uel potentiori, quam alicui pauperi, quia non est personarum acceptio apud Deum, secundum cuius iudicium grauitas peccati pensatur. ergo conditio personae in qua peccatur, non aggrauat pctm.

SED CONTRA est, quod in sacra Scriptura specia liter uituperatur peccatum, quod contra seruos Dei committitur: sicut dicitur 3. Reg. 19. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio. Vituperatur etiam maxime peccatum commissum in personis propinquas, secundum illud Michae. 7. Filius contumeliam facit patri, filia confurgit aduersus matrem suam. Vituperatur etiam specialiter peccatum, quod committitur in personis in dignitate constitutas, ut patet Iob 34. Qui dicit regi Apostata, qui uocat duces impios. ergo conditio personae in quam peccatur, aggrauat peccatum.

RESPON. Dicendum, quod persona, in quam peccatur, est quodammodo obiectum peccati. Dicitur est autem supra, * quod prima grauitas peccati attenditur ex parte obiecti, ex quo quidem tanto attenditur maior grauitas in peccato, quanto obiectum eius est principalior finis. Fines autem principales humanorum actuum sunt Deus ipse, homo, & proximus. quicquid enim facimus, propter aliquod horum facimus, quamuis etiam horum trium unum sub altero ordinetur. Potest igitur ex parte horum trium considerari maior, uel minor grauitas in peccato secundum conditionem personae, in quam peccatur. Primo quidem ex parte Dei, cui tanto magis aliquis homo coniungitur, quanto est uirtuosior, uel Deo sacrator, & ideo iniuria tali personae illata magis redundat in Deum, secundum illud Zach. 2. Qui uos tetigerit, tangit pupillam oculi mei. Unde peccatu fit grauius ex hoc, quod peccatur

dicitur in litera, sed comparando ipsum ad homicidam quantum ad nocentem illatum, author dicit duas differentias. Prima quo ad actum interiore, & speciem, ac grauitatem substantialem, si quod homicida intendit per se primo morte corporalem: haec autem non sic se habet ad mortem spiritualement. Secunda est quo ad actum exteriorem, quod actus exterior homicidae est causa per se sufficiens efficaciter mortis corporalis: actus autem exterior istius non est per se sufficiens secundum efficaciam. Nec putes haec secundam differentiam esse per accidens, sed mememro superioris tractatus de duplici bonitate, & malitia actus interioris & exterioris, lex sine, & secundum se &c. & uidebis quod homicidii quantum ad malitiam actus exterioris secundum se, & quantum ad actum interioris, probatur est grauius, nec in aliquo contradicendum est corpori articuli huius.

¶ In articulo 9. & 10. eiusdem q. 73. nihil scribendum occurrit.

In Parad. 1. cuius titulu est, aequalia esse uirtu, a med. illius.

Cap. ultri. 2 medio 10. 5.

art. 3. huius. quatuor.

catur in personam magis Deo coniunctam, uel ratione uirtutis, uel ratione officij. Ex parte etiam sui ipsius manifestum est, quod tanto aliquis grauius peccat, quanto aliquis magis in coniunctam personam seu naturali necessitudine, seu beneficijs, seu quacumque coniunctione peccauerit, quia uidetur in seipsum magis peccare, & pro tanto grauius peccat secundum illud Eccles. 14. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Ex parte uero proximi, tanto grauius peccatur, quanto peccatum plures tangit, & ideo peccatum quod fit in personam publicam, puta regem, uel principem, q gerit personam totius multitudinis, est grauius quam peccatum quod committitur contra unam personam priuatam. vnde specialiter dicitur Exod. 22. Principi populi tui non maledices. Et similiter iniuria quae fit alicui famosa personae, uidetur esse grauior ex hoc, quod in scandalum, & in tribulationem plurimorum redundat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui infert iniuriam uirtuoso, quantum est in se, turbatur & interius, & exterius: sed quod iste interius non turbetur, contingit ex eius bonitate, quae non dimittit peccatum iniuriantis.

AD SECVNDVM dicendum, quod nocumentum, quod quis sibi ipsi infert in his, quae subsunt dominio propriae uoluntatis, sicut in rebus possessis, habet minus de peccato quam si alteri inferatur, quia propria uoluntate hoc agit: sed in his quae non subduntur dominio uoluntatis, sicut sunt naturalia, & spiritalia bona, est grauius peccatum nocumentum sibi ipsi inferre. grauius enim peccat qui occidit seipsum, quam qui occidit alterum. Sed quia res propinquorum nostrorum non subduntur uoluntatis nostrae dominio, non procedit ratio quantum ad nocumenta rebus illorum illata, quod circa ea minus peccetur, nisi forte uelint, uel rarum habeant.

AD TERTIVM dicendum, quod non est acceptio personarum, si Deus grauius punit peccantem contra excellentiores personas: hoc enim fit propter hoc, quod hoc redundat in plurimum nocumentum.

ARTICVLVS X.

Vtrum magnitudo personae peccantis aggrauet peccatum.

Intra q. 89. art. 3. & 5. cor. & q. 102 art. 3. ad 11. & 3. 2. q. 6. 100. art. 1. ad 7. & Mal. q. 7. art. 10. ad 5. Et Psa. 24.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod magnitudo personae peccantis non aggrauet peccatum. Homo enim maxime redditur magnus ex hoc quod Deo adheret, secundum illud Eccles. 25. Quam magnus est qui inuenit sapientiam & scientiam? sed non est super timentem Deum: sed quanto aliquis magis Deo adheret, tanto minus imputatur ei aliquid ad peccatum. Dicitur enim 2. Paral. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum suorum, & non imputabitur eis, quod minus sanctificati sunt. ergo peccatum non aggrauatur ex magnitudine personae peccantis.

¶ 2 Præ. Non est personarum acceptio apud Deum, ut dicitur Rom. 2. ergo non magis punit pro uno & eodem peccato unum, quam alium. non ergo aggrauatur peccatum ex magnitudine personae peccantis.

¶ 3 Præ. Nullus debet ex bono incommodum reportare: reportaret autem si id quod agit, magis ei

imputaretur ad culpam. ergo propter magnitudinem personae peccantis non aggrauatur peccatum. SED CONTRA est, quod Isid. dicit in 2. de summo bono, * Tanto maius cognoscitur peccatum esse, quanto maior qui peccat, habetur.

RESPON. Dicendum, quod duplex est peccatum, Quoddam enim ex subreptione procedens propter infirmitatem humanae naturae, & tale peccatum minus imputatur ei qui est maior in uirtute, eo quod minus negligit huiusmodi peccata reprimere, quae tamen omnino subterfugere infirmitas humana non sinit: alia uero peccata sunt ex liberatione procedentia, & ista peccata tanto magis alicui imputantur, quanto maior est. & hoc potest esse propter quatuor. Primo quidem, quia licet cilius possunt resistere peccato maiores, puta, qui excedunt in scientia, & uirtute. vnde Dominus dicit Luc. 12. quod seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Secundo propter ingratitudinem, quia omne bonum quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, & homo fit ingratus peccando, & quantum ad hoc qualibet maioritas etiam in temporalibus bonis peccatum aggrauat, secundum illud Sap. 6. Potestates potenter tormenta patientur. Tertio propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personae, sicut si princeps iustitiam uiolent, qui ponitur iustitiae custos, & si sacerdos fornicetur, qui castitatem uouit. Quarto propter exemplum, siue scandalum, quia ut Greg. * dicit in Pastoralis, In exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur, ad plurimum etiam notitiam perueniunt peccata magnorum, & magis homines ea indigne ferunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod authoritative loquitur de his, quae per subreptionem infirmitatis humanae negligenter aguntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus non accipit personas, si maiores plus punit, quia ipsorum maioritas facit ad grauitatem peccati, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod homo magis non reportat incommodum ex bono quod habet, sed ex malo usu illius.

QVAESTIO LXXIII.

De subiecto peccatorum, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de subiecto uitiorum, siue peccatorum. ET CIRCA hoc quaeruntur decem.

¶ Primo, Vtrum uoluntas possit esse subiectum peccati.

¶ Secundo, Vtrum uoluntas sola sit peccati subiectum.

¶ Tertio, Vtrum sensualitas possit esse subiectum peccati.

¶ Quarto, Vtrum possit esse subiectum peccati mortalis.

¶ Quinto, Vtrum ratio possit esse subiectum peccati.

¶ Sexto, Vtrum delectatio moralis, uel non moralis sit in ratione inferiori, sicut in subiecto.

¶ Septimo, Vtrum peccatum co-

Super Quodam septuaginta...
In articulo dubium est de illa propositione, Omnes actus morales sunt actus immanentes. Haec propositio dicitur re uideri doctrina superioris datae de bonitate, & multum morali actuum posteriorum, & ueritatem quam communis sonantus, dum per conclusiones, homicidia, & alia humanae actus morales, & malos actus.
Ad hoc dicitur quod praesens propositio nec ueritas nec doctrina ambis contrariatur, sed est uera formaliter intellecta. Ad ueritatem eundem sententiam est.